

tunc<sup>a</sup> in mensa sunt, non est necesse amplius benedictionem petere. Antequam autem<sup>b</sup> incipiant cibum sumere<sup>c</sup>, petat lectrix<sup>d</sup> benedictionem et incipiat legere<sup>e</sup>. Nullius autem<sup>f</sup> vox<sup>g</sup> ibi audiatur nisi<sup>h</sup> legentis, nisi certe<sup>i</sup> pro edificatione exinde<sup>k</sup> aliquid breviter domna abbatissa dixerit. Postea autem<sup>l</sup> quicquid pulmentariorum<sup>m</sup> ex coquina ministratur, quae<sup>n</sup> ministrant, id est ebdomadarie<sup>o</sup> coquine, a novissimis incipiant et ad domnam abbatissam ministrando perveniant, Cellararia<sup>p. 1</sup> autem domnae abbatissae ministret stansque ante eam signum faciat sonandi cymbali et, cum sonuerit, dicant omnes aequa voce et producte: 'Benedicite', et sic se cellararia humiliter in circuitu vertens ad opus suum redeat. Quando<sup>2</sup> prior<sup>q</sup> benedicit cibum vel<sup>r</sup> potum<sup>s</sup>, non sedendo, sed stando benedicat<sup>t</sup>. Si autem cum calicibus<sup>u</sup> miscendum<sup>v</sup> est, cellararia faciat signum: statim surgant puellae<sup>w</sup> ad miscendum et lotos calices impleant aequali<sup>x</sup> mensura et stent ordinate<sup>y</sup>. Tunc cellararia<sup>z</sup> iterum sonet cymbalum<sup>a</sup>, et dicant sorores<sup>b</sup>: 'Benedicite' et tunc singulis propinabunt. Soror, que dat calicem in manu sedentis, caput inclinet<sup>c</sup>, et<sup>d</sup> quae accipit similiter faciat. Cum autem omnibus propinatum fuerit, inclinantes se vertant in circuitu ad omnes sorores et sic vadant que miscuerint ad mensas suas. Poma autem vel<sup>e</sup> quelibet nascentia terrae, que cruda comedenda<sup>f</sup> sunt, sive hora prandii vel<sup>g</sup> cenae equaliter sororibus<sup>h</sup> sedenti-

---

a) 'tunc — sunt] sunt in mensa' B.      b) 'autem' deest B.  
 c) 'sumere] summe' M.      d) 'lectrix] lector' B.      e) 'legere] et' add. B.  
 f) 'autem' deest B.      g) 'vox ibi] ibi vox' B.      h) 'nisi] solius' add. B.  
 i) 'certe] forte' B.      k) 'exinde — dixerit] aliquid brevius dicatur' B.  
 l) 'autem] vero' B.      m) 'pulmentariorum] pulmentarium' M; 'pulmenti' B.  
 n) 'quae — perveniant] qui ministrat a novissimo incipiat et usque ad domnum abbatem ministrando perveniat' B.      o) 'ebdomadarie] ebdome-  
 darie' M.      p) 'cellararia] celleraria' M.      q) 'prior benedicit] bene-  
 dicunt cibum' B.      r) 'vel] aut' B.      s) 'potum] aut aliud' add. B.  
 t) 'benedicant' B.      u) 'calicibus] talibus' (?) B.      v) 'miscendum —  
 signum] mixtum fuerit, cellarius facit modice signum ad ministrum et' B.  
 w) 'puellae] iuenculi' B.      x) 'aequali] potu aquae' B.      y) 'ordinate]  
 ordinati sicut sunt conversi' B.      z) 'cellararia] cellarius' B.      a) 'cim-  
 balum] tacite' add. B.      b) 'sorores — soror que] fratres una voce pro-  
 ducte: 'Benedicite' et data benedictione a priore frater iunior qui' B.  
 c) 'inclinat] humiliter' add. B.      d) 'et quae — miscuerint] cum vero  
 impletum fuerit opus miscendi inclinet se in circuitu ad omnes fratres,  
 sic quoque' B.      e) 'vel] et' B.      f) 'comedenda' deest B.      g) 'vel  
 cenae] sive' B.      h) 'sororibus — lectio] cum alio cibo in mensa, ante-

1) 'Cellararia — suum redeat' aus unbekannter Quelle.      2) Zu  
 'Quando — non festinate' vgl. Mem. Bened. p. 69.